



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Bartholom[a]ei Ianouesij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

quidam <sup>c</sup>vocatus Durandus de Baldach ciuis Gerundensis cum quodam suo complice, qui dogmatizauit hæreses, & errores Beguardorum, de proprio scilicet, & communi; & vñterius, quod matrimoniū nō erat, nisi meretricium occultatum: tandem Gerunda præfente domino Iacobo rege Aragonia bona memorie, eius hæreses fuerunt condemnatae per dominum Episcopum Gerunden. de Villamarino, & Fratrem Arnaldum Burgeti <sup>†</sup> Inquisitorē hæretica prauitatis: & ipsi ut impenitentes fuerunt traditi curia sacerdotali, & ignibus concremati.

### Frater Bonanatus Beguardorum dux in Catalonia.

Item tempore <sup>d</sup>domini Benedicti xij. insurrexerunt in eisdem partibus in Villafranca de Penedes, quæplures Beguardi, quorum erat primicerius <sup>†</sup> & hæresiarcha prædictus presbiter, <sup>vo-</sup>  
<sup>† al. primus.</sup> <sup>al. primituus</sup> catus Frater Bonanatus: qui ante abiurauerat postquam <sup>e</sup>traditus fuerat: vt impenitens seculari curia, & iam ex uno latere assatus se fixerat penitentem. Iste cum prædictis posuerunt hæreses Beguardorum, & tandem per dominum fratrem Dominicum Ferrarium de Apulia ordinis Prædicatorum Episcopum Barchinon. fratrem Guillelmum Consta Inquisitorem hæretica prauitatis, suis eorum congregatio cōdemnata, & domus eorum habitationis in Villafranca diruta, & eorum hæreses condemnatae, & dictus frater Bonanatus, vt relapsus, & impenitens traditus curia sacerdotali, & ignibus consumatus, complicibus penitentibus, & erroribus abiurauit.

Domus hære  
ticorum diru  
ta.

### Iacobus Iusti hæreticus.

Item tempore Clementis vi. insurrexerunt in Partibus illis, videlicet in Valentia multi Beguardi, quorum erat principalis quidam <sup>f</sup>vocatus frater Iacobus Iusti, qui dogmatizauerunt infra scriptas hæreses Beguardorum, & inter alia, quod cōdemnati religiosi, clerci, & laici pro dictis hæresibus tam per dominum dictum Clementem in curia, quam per Inquisitores in alijs mundi partibus erant beati, & in eis martyres Iesu Christi: Et tandem hæreses eorum fuerunt Valentiae condemnatae per fratrem Nicolaum Roselli predictum Inquisitorem, & postmodum presbiterum Cardinalem, et per dominum Hugonem de Fenoueli, nolete <sup>†</sup> Episcopum Valentini.

Ex tres iam mortui, scilicet Guillelmus Gilberti, & Bartholomæus Fusterij, & quidam alius fuerunt exhumati, & vt impenitentes hæretici condemnati. Et dictus frater Iacobus Iusti dictis hæresibus abiuratis extitit immuratus, & ibi mortuus.

### Berengarius Hæreticus.

Item tempore domini Innocentij Papæ vi. insurrexerunt in partibus antedictis, videlicet <sup>g</sup> in Monte albo quidam, qui aut sunt dogmatizate, quod oia de genere bonorum, qua sienda sunt, sunt siéda Dei puro amore, & non ex alia causa,

A nec spe mercedis eterna. Iste error ibi inualuit, cuius auctor <sup>h</sup> fuit frater Berengarius <sup>†</sup> de Monte Falcone ordinis Cisterciensiu de Monasterio Populeti: tandem iste error fuit condemnatus sollemniter, & publicè per Fratrem Sanctum Archiepiscopum <sup>i</sup> arracon. ordinis Fratrum Minorum, & per dominum Fratrem Nicolaum Roselli Inquisitorem de ordine Fratrum Prædicatorum.

### Nicolaus de Calabria, & eius errores.

Item tempore eiusdem domini Innocentij Papæ vi. insurrexit in partibus illis, videlicet in Barchinona, qui dam <sup>i</sup> vocatus Nicolaus, de Calabria oriundus, sed in Hispania conuersatus. Iste publicauit subscriptas hæreses, & errores, qui fuerunt condemnati Barchinon <sup>j</sup> sollemniter, & publicè per predictum Fratrem Nicolaum Eymericum in illis partibus Inquisitorem: & per dominum Arnaldum de Busquetis Vicarium illis diebus domini Episcopi Barchinon. Errors autem & hæreses isti erant.

Primus error quem posuit, est: quod quidam Hispanus hæresiarcha magnus, vocatus Gondisalus de episcopatu Convensi oriundus, erat Dei filius in eis aeternaliter generatus, licet videtur patrem, & matrem in terris habuisse.

Secundus error: quod dictus Gondisalus nū quam moreretur, sed vineret in aeternum.

Tertius error: quod spiritus sanctus debet futuris temporibus incarnari; & tunc ipse Gondisalus totum mundum conuerteret:

Quartus error: quod in die iudicij Gondisalus ille oraret pro omnibus mortuis in peccato mortali, & damnatis in inferno, & eius precibus liberarentur & saluarentur.

Quintus error: quod in homine sunt tria: anima, quam formauit Deus pater: corpus, quod formauit Deus filius: & spiritus, quem creauit Spiritus sanctus, adducens illud, Formauit Deus hominem de limo terre, & spirauit spiraculū vitæ, & factus est in animam viuentem. Quam plura alia posuit hereticalia, erronea, falsa, temeraria, & periculosa, propter quæ ut relapsus traditus est brachio sacerdotali.

### Bartholomæus Lanouefius, & eius errores.

Item tempore domini Urbani Papæ v. insurrexit in partibus antedictis, videlicet in Barchinona, qui dam <sup>k</sup> vocatus Bartholomæus Lanouefius, de insula Majoricarum oriundus, qui libellū condidit ac publicauit, in quo multæ hæreses, errores, temeritates, & falsitatem sde Antichristo, & eius tempore ponebantur, quas, cum suo libello Dominus Berengarius <sup>†</sup> Daril <sup>†</sup> Episcopus Barchinon, & dictus Frater Nicolaus Eymericus Inquisitor, de magno consilio multorum magistrorum in theologia, in sede <sup>l</sup> Barchinon. publicè cōdemnauerunt, & libellum ibidem tradi fecerunt, & ignib. comburendū, ipso Bartholoméo publicè cōdemnauerunt.

ce penitente, & errores publice abiurante. Ha-  
refes autem, & errores, ac falsitates, & temerita-  
tes in genere istae sunt:

Primus error & falsitas: quod præfigebat cer-  
tum tempus aduentus Antichristi, in quo per to-  
rum mundum sui discipuli apparet, scilicet in  
die Pentecostes de anno Domini MCCCCLX.

Secundus error & falsitas: quod tempore An-  
tichristi esset sacrificium in Ecclesia, & alia  
ecclesiastica sacramenta.

Tertius error & heres est: quod Christiani  
babentes vsum liberi arbitrij, qui peruerterentur  
per Antichristum, sic starent immobiliter in er-  
roribus Antichristi quod nūquā conuerteretur,  
nec cōuerti possent ad fidem Christi: quia chara-  
cter, quem Antichristus eis faceret in fronte, vel  
in manu, haberet tantam efficaciam in animab.  
eorum, quod in illis erroribus faceret eos immo-  
biliter perpetuo permanere: & cōsequenter, qd  
omnes tales Christiani certitudinaliter damna-  
rentur, & in igne de cœlo misso etiam corporali  
ter morerentur.

Quartus error, & falsitas: quod pueri parvuli  
Christianorū, & etiam Iudei, Saracepi, & infi-  
deles ceteri tam parvuli, quam adulti per Anti-  
christum peruersi, post modum Antichristi om-  
nes conuerterentur ad fidem Christi, sed non ali-  
quis adultus de Christianis peruersis: & finaliter  
tota Ecclesia Dei esset de conuersis Iudeorum,  
Saracenorum, et infidelium ceterorum. Quam  
plura alia erronea, falsa, et temeraria, & fatua po-  
sunt, que relatione digna non existunt.

### Frater Arnaldus Montanerius hereticus, & eius errores.

a Item tempore dominorum Innocentij vi.  
et Vrbani v. et Gregorij xi. fuit quidam de ordi-  
ne Fratum Minorum in partib. antedictis, vide  
libet in Villa Podij Ceritanij, tunc diecesis Vrgelen.  
vocabutus, Frater Arnaldus Montanerij, qui pu-  
blicè prædicabat, & defensabat in scriptis ha-  
refes, & errores: Et quia dictus Frater Arnaldus  
prædictas heres noluit abiurare, licet fixerit  
se velle facere, sed fugit: & citatus respōsurus su-  
per illis, non comparuit, & stetit in tali pertinacia  
per annos xix. tandem prædictus Frater Nico-  
colaus Eymericus Inquisitor (consultato primitus  
domino Papa Vrbano v. & demū Gregorio xi.)  
& dominus prædictus Berengarius Darili, tunc  
Episcopus Vrgelen, dictum fratrem Arnaldum  
pertinacem hereticum in Sede Vrgelli publicè  
declararunt, & eius heres, & errores publicè  
condemnatunt. Heres autem & errores huius  
heretici isti erant.

Prima heres est: quod dominus Iesus Christus,  
& eius Apostoli nihil habuerūt in proprio  
nec in communione.

Secunda heres est: quod nullus potest dam-  
nari, qui deferat habitum beati Francisci.

Tertia heres siue error est: quod beatus Fra-  
nciscus semel in anno descendit ad purgatoriū,  
& exauit inde animas illorum, qui in hac vita

A fuerant de ordine suo seu ordinibus per eūdem  
institutis, & ducit ad paradisiū.

Quartus error: quod ordo beati Francisci in  
perpetuum duraret.

### COMMENT. XXXVI.

**C**Vm dicit hic Eymericus se agere de heresibus  
damnatis per Inquisidores Aragonie sine ex-  
presso Papæ mandato, non intelligas Inquisidores

propria auctoritate posse definire dubia circa fidē.

Id enim Romani Pontificis munus est, quotiens.

B 24. q. 1. c. maiores, de baptis. & eius effectu, sed hoc  
uult, Aragonie Inquisidores sine expresso Papæ mā-  
dato declarasse heres iam damnatas. & iurisse ne  
iuxta sanctiones Canonicas earum puniretur aucto-  
res, de quo dixi supra in hac 2. parte super c. ad abo-  
lendum, vers. vel singuli Episcopi.

a Quidam magnus medicus, vocatus magister Arnaldus de Villanova.] Hic emerit circa annos

Domini MCCCX. libellos, quos edidit hereticos nu-  
merat Eymericus paulo post q. 28. huius 2. partis:

b hic cum nollet se intra a medicina terminos contine-  
re, dum temere vult etiam Theologian profiteri, mi-  
serere labitur. Alchimiam etiam profitebatur; in qua

tantum se profecisse jačabat, ut laminas aureas ea  
arte confectas, diceret omnibus se daturum explorā-  
das, ut scribit Cazzanæus in Catalogo gloria mundi,

p. 11. consideratione 40. Ceterum ea omnia arte de  
monum, cum quib. familiaritatē habuisse dicitur,

c constare creduntur: nam hoc est huic hominum gene-  
ri valde familiare, ut ex Chymica professione ad de-

monum invocatione & passiones accedant, vt do-

D euit Eymericus 3. parte tit. de signis, quibus Negro

manti heretici cognoscuntur nu. 115 sed hoc eam

distinctionē recipit, quam ibi attulit, scilicet p. 3. uer-

sic. Alchimista, vt in pluribus.

D De hoc Arualdo de Villanova eadē quæ hic seri-

b bit Eymericus, recessent Bernardus Lutzenburgus  
in Catalogo hereticorum lib. 2. verbo Arnaldus de

Villanova. & Gabriel Prætolus lib. 1. c. 69. de vi-

c. & sc̄ibis hereticorum.

b Quidam vocatus Petrus Olerij.] Emerit hic

Petrus Olerius ad annos Domini MCCCXX. seque-  
batur cum Bonanato de quo mox dicemus, heres

Begardorum, de quib. copiose agit Eymericus paulo  
post q. 15. huius 2. partis, cum de hoc heretico diffe-

D rit. Bernardus Lutzenburgus in Catalogo hereti-  
corum, lib. 3. verbo Petrus Olerij, penitus conser-

tit cum Eymericu in hoc loco.

c Quidam vocatus Durandus de Baldach.] Idē

B scribit Bernardus Lutzenburgus in Catalogo hereti-  
corum lib. 2. verbo, Durandus de Baldach. Emer-

tit autem eiusdem Domini Ioannis XII. tempore

idest circa annos Domini MCCCXXXII.

C Casendus est ergo Prætolus qui li. 4. de sc̄ibis he-

reticorum, c. 18. cum de hoc differat, mire labitur, di-

cens, bunc uixisse temporibus Henrici V. Imperato-

r, & Paschalis II. Romani Pontificis, circa an-

num Domini MCXVII.

Jam in codice Bononiensi. & in altero Cardinalis

de Gambara, pro Durando, legitur, Dacandus.

d Item tempore Domini Benedicti XII. in-

surre-